



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Quid sit coniugium. B

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

iugium sine commixtione sexuum. Hoc sic secundum superficiem verborum quis acceperit, inducit in errorem tantum, ut dicat sine carnali copula non posse contrahi matrimonium: & inter Mariam & Ioseph non fuisse coniugium, vel non fuisse perfectum: quod nefas est sentire. Tanton sanctius fuit atq[ue] perfectius, quanto à carnali operi immunius. Sed superius posita ea ratione dicta intelligendum est, non quin pertineat mulier illa ad matrimonium, cum qua non est permixtio sexuum, sed non pertinet ad matrimonium, quod expressam & plenam tenet figuram coniunctionis Christi & Ecclesiae. Figurat enim illam vniōnem Christi & Ecclesiae, quæ est in charitate sed non illam quæ est in naturæ conformitate. Est ergo & in illo matrimonio typus coniunctionis Christi & Ecclesiae: sed illius tantum, qua Ecclesia Christo charitate vnitur: non illius, qua per susceptionem carnis, capitim membra vniuntur. Nec ideo tamen minus sanctum est coniugium: quia vt ait Aug. In nuptiis plus valet sanctitas sacramenti, quam secunditas vētris. Est etiam coniugium signum spiritualis coniunctionis & dilectionis animorum, qua inter se coniuges vniū debent. Vnde Apost. ait, Viri, diligite vxores vestras, vt corpora vestra.

## QVÆ SVNT CONSIDERANDA IN CONIVGIO.

## DISTINCT. XXVI.

**P**Ost hæc aduertendum est, quid sit coniugium, & quæ sit efficiens causa coniugij, & causa propter quam contrahi debeat, & quæ sit bona coniugij, & quomodo per ea excusatetur coitus carnalis, quæ sint legitimæ personæ ad matrimonium. Sunt & alia plura in matrimonio consideranda, quæ sub compendio perstringemus.

## Quid sit coniugium.

Sunt ergo nuptiæ vel matrimonium viri, mulierisq[ue] coniunctio maritalis, inter legitimas perso-

B  
nas,  
indi-  
conf-  
pote-  
viu-  
copi-  
beat-  
rum  
E  
sus,  
fatu-  
vru-  
vxo-  
nij.  
verb-  
ficit  
quo-  
ctio-  
con-  
teir-  
A  
C  
sub-  
Con-  
Suf-  
de c-  
fort-  
coit-  
Mat-  
tas:  
tem-  
iugi-  
con-  
faci-  
cess-

*Ephes. 5. 8.*

*Aug. in libr.  
de bono coniugali, c. 18.  
en. 6.*

*Ephes. 5. c.*

has individuam vitæ consuetudinē retinens. Ad *Isidor cap. 7.*  
individuam consuetudinē vitæ pertinet, q; absq; *lib. 9. etym.*  
consensu alterius neuter continentiam profiteri  
*in princ.*  
potest, vel oratione vacare: & quod inter eos dum  
viuunt vinculum coniugale permanet, ut alij se  
copulare non liceat: & vt inuicē alter alteri exhibi-  
beat, q; quisq; sibi: hac autē descriptione legitimo-  
rum & fidelium tantum matrimonii includitur.

*De consensu qui efficit coniugium.* C

Efficiens autem causa matrimonii est consen-  
sus, non quælibet, sed p̄r verba expressus, nec de  
futuro, sed de præsenti. Si enim cōsentiantur in fu-  
turum, dicentes. Accipiam te in virum, & ego te in  
vxorem: non est iste consensus efficax matrimo-  
nij. Item si consentiant mente, & non exprimant  
verbis vel aliis certis signis: nec talis consensus ef-  
ficit matrimonium. Si autem verbis explicant,  
quod tamen in corde non volunt, si non sit coa-  
ctio ibi vel dolus, obligatio illa verborum, quibus  
consentiantur dicentes. Accipio te in virum, & ego  
te in vxorem, matrimonium facit.

*Auctoritatibus probat, quod solus consensus facit ma-  
trimonium.* D

Quod autem consensus matrimonium faciat, *Isid. c. 7. lib:*  
subditis probatur testimoniosis. Ait enim Isidorus, *9 etymol.*  
Consensus facit matrimonium. Item Nicol. Papa.  
Sufficiat solus secundum leges eorum consensus,  
de quorum coniunctionibus agitur: qui solus si  
forte in nuptiis defuerit, cætera etiam cum ipso  
coitu celebrata frustrantur. Item Ioan. Chrysost.  
Matrimonium quidē non facit coitus, sed volun-  
tas: & ideo non soluit illud separatio corporis. I  
tem Ambr. Non defloratio virginitatis facit con-  
iugium, sed pactio cōiugalis. Ex his apparet, quod  
consensus, id est, pactio coniugalis, matrimonium  
facit: & ex tunc coniugium est, etiamsi non præ-  
cessit vel secuta est copula carnalis.

*Quan-*